



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 116. Ferdinandi Regis Catholici rationes hisce nuptiis obsistendi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

§. CXV.

Secul. XVI.
A. C. 1506.

Henrici consilium de filia sua Archiducis Filio nuptui tradenda.

Cum matrimonium Claudiae cum Carolo Luxemburgico hoc pacto interceptum esset, Anglorum Rex filiam suam eidem in uxorem locandi occasionem inde quærebat: Obstabat equidem Rex Catholicus adolescentis Principis A-Bacon hist. Regni Henrici VII.
vus maternus; Hic enim verebatur, ne forte Nepos suus contracto affinitatis vinculo cum Angliæ Rege potentior factus, ejus filios, quos ex secundis nuptiis cum Germana conjuge sua speraverat, leges & jura dictaret.

§. CXVI.

Ferdinandi Regis Catholici rationes hisce nuptiis obsistendi.

Præterea Ferdinandus pertimescebat, ne Carolus Neapolis Regnum a Con-salvo auro Castellano, armisque partum, velut hæreditatem relictam sibi vendicaret, ac obtenderet, quod suus Avus nec illud in ipsius damnum sibi retinere, nec in secundi thori liberos transferre possit. Denique ceteris magis valida erat ratio, quod Ferdinando satis comperta esset
Hist. Eccles. Tom. XXXI. Q q Hen-

Sæcul. XVI. **A. C. 1506.** **Henrici VII. indoles ; unde suspicabatur, ne Anglus, si Carolus ejus filiam sibi copularet, Castellæ administrationem, cum hæc per Patris sui obitum illi obtigisset, Genero suo deferri contenderet; angebat insuper Ferdinandi animum cura profus singularis; is enim timebat, ne Henricus, cum jam dudum pectoris doloribus opprimeretur, auram Anglicam fugiens, magis calidam respirandi desiderio incensus, Castellam redire cogitaret, atque hac opportunitate usus, Castellæ regimen ambiret. Nihilominus cunctis hisce Ferdinandi cavillationibus nihil proficientibus, nuptiæ suum fortitæ sunt effectum.**

§. CXVII.

Ludovici XII. amicitia a Ferdinando expetita.

Interim Ferdinandus, ut Castellæ administrationem sibi ab Ordinibus delatam magis certam redderet, e re sua fore existimabat, si cum Ludovico Galliarum Rege foedus iniret, summumque Pontificem sibi devinciret. Ceterum Ludovicus, cum constanter Julii Pontificis amicitiam foveret, eidem Perusii, ac Bononiæ possessionem denuo asserere meditabatur; quocirca Calvimontio negotium dedit, ut copias suas Pontificiis jungeret. Eo tempore Bononiæ Bentivolus, Per-

*Marian. l. 29
n. 1. & 2.*